



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Distinct. XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

deceptus humani, remissi⁹ aliquid sentit de Christi carne q̄ dignum est, habet culpam, non est tamē exclusus à venia: Si quis vero sancti Sp. dignitatē, maiestatē & potestatem abneget sempiternam, & putet nō in spiritu Dei eiici dēmonia, sed in Belzebub, non potest ibi esse exhortatio venia, vbi sacrilegii plenitudo est. Satis hic apertē explicatur qd sit peccatum in spiritum S. Quod illi Aug. descriptioni cōgruere videtur, qua illud peccatum dicitur esse inuidentia gratiæ oppugnās fraternitatē. Qui n. post cognitionem veritatis sancti Spir. veritatem negat, eiusq; opera dicit esse Belzebub, potestati, bonitati & gratiæ Dei inuidere nō dubitatur. Non itaq; distinctio illa verborum sic accipienda est, quasi trium personarum diversē sunt offensiæ: sed ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum n. in patrē id intelligitur, quod fit p infirmitatē, q̄a patri scriptura frequenter attribuit potentiam: Peccatum in filium, quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam, facile veniam adipiscitur: sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem vna sit potentia, sapiētia, bonitas trium: quare patria potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas s̄p̄ius assignetur, superius dictum est.

DE POTENTIA PECCANDI: AN SIT
homini vel à diabolo vel à Deo.

DISTINCT. XLIV. A

POST p̄dicta consideratione dignum occurrit, Vnde habeat
utrum peccandi potentia sit nobis à Deo, vel à nobis? Putant quidam potētiam rectē agēdi nobis esse à Deo, potentiam vero peccandi nō à Deo sed à nobis, vel à diabolo esse: sicut mala voluntas non à Deo nobis est, sed à nobis, & à diabolo, bona aut à Deo tācum nobis est. Bonę nāq; voluntatis & cogi-

cogitationis initium non homini ex se ipso nasci, sed diuinitus parari & tribui in eo Deus evidenter ostendit, quia nec diabolus nec aliquis angelus eius ex quo in hanc caliginem sunt detrusi, bonam potuit vel poterit resumere voluntatem: quia possibile foret, ut humana natura postquam à Deo a uersa bonitatē perdidit, voluntatis ex se ipsa rursum habere potuisset, multo possibilius hoc natura haberet angelica, quia quanto minus grauatur terreni corporis potestere, tanto magis hac esset potestitia facultate. Nō ergo homo vel angelus à se voluntate bonam habere potest, sed mala. Similiter & de potentia inquietunt, quia similitudinem voluntatis de potentia boni vel mali differentes: quia illa sit à Deo, non ista.

*Authoritatibus astruit potentiam peccandi esse
à Deo.*

buit,
tis in
non
aucte
tur,
nisi à
Hi
Dict
nō es
té di
sistit
nati
Sed
poten
bus
exhib
princ
suas
Aug
tiin
testa
testa
rum
tor,
iube
liud
tēp
aliu
Deo
stan
Dei
Sic
dia
per
tinē
de i
vel

*Rom. 13. a
Ioan. 19. b
ad nonum
versum; Quod
nsam ipse
Psalm. 51. in
zo. 8. Iob. 1. c
Proverb. 8. a
Iob. 34. c*

Sed pluribus sanctorum testimoniosis indubitate mōstratur, quia potestas mali à Deo est, à quo est omnis potestas. Ait noster Apostolus, Non est potestas nisi à Deo. Quod non de potestate boni tantum, sed & mali intelligi oportet, cum Pilato etiam veritas dicat. Nō haberes in me potestatē, nisi datū esset tibi desuper. Malitia nempe hominum, ut ait Augustinus, cupiditatē nocēdi per se habet, potestatē autē si ille non dat, non habet. Ideo quia diabolus ait, quod aliquid tolleret. Iob dicebat domino, Mitte manus, i. da potestatē: quia etiā nocētium potestas non est nisi à Deo, sicut sapientia ait. Per me reges regnant, & tyranni per me terram tenent. Unde Iob de Domino ait. Qui facit regnare hypocritam, propter peccata populi. Et de populo Israel dicit Deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocēdi enim voluntas potest esse ab homine, potestas autem non est nisi à Deo, & hoc abdita aptaque iustitia, nam per potestatem diabolo datum iustos Deus facit suos. De hoc etiam Gregorius in moralibus ait, Tumoris elatio non potestatis ordo in crimine est. Potestiam Dei tribuit;

buit, elationem vero potentiaz malitia nostre mētis inuenit. Tollam⁹ ergo quod de nostro est, quia non potentia iusta, sed actio prava damnatur. His auctoritatibus aliiscq; pluribus evidenter ostenditur, quod non est potestas boni vel mali cuicunq;, nisi à deo æquo, et si te lateat æquitas.

An aliquando resistendum sit potestatis

C

Hic oritur quæsio, non transilienda silentio. Dicitum est supra, q̄ potestas peccandi vel nocendi nō est homini vel diabolo, nisi à Deo. Apostolus autē dicit q̄ qui potestati resistit, Dei ordinatione resistit. Cum ergo diaboli sit potestas mali, Dei ordinatione, eius potestati nō esse resistendum videtur. Sed sciendum est, Apostolum ibi loqui de sacerdotali potestate, scil. rege, & principe, & huiusmodi: quibus non est resistendum in his quæ iubet Deus eis exhiberi, scilicet in tributis, & huiusmodi. Si vero princeps aliquis, vel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra deum, tunc resistendum est. Vnde Aug. determinans, quando resistendum sit potestati in libr. de natura boni ait. Si aliquid iubeat potestas quod nō debeas facere, hic sane contēne potestatē timido maiorē potestatem. Ipsos humana rum rerū gradus aduerte. Si quid iusserit Procurator, nunquid faciendū est, si contra Proconsulem iubeat? Rursus si quid ipse Pro consuli iubeat, & aliud iubeat Imperator, nūquid dubitatur illo contēpto illi esse serviēdum? Ergo si aliud Imperator, aliud iubeat Deus, contēpro illo obtēperandū est Deo. Potestati ergo diaboli vel hominis tūc resistamus cū aliquid contra Deum suggesterit: in quo Dei ordinationi nō resistimus, sed obtēperamus. Sic n. De⁹ præcepit, ut in malis nulli potestati obediāmus. IAM nunc his verbis intelligendis atque pertractandis, quæ ad verbi incarnati mysteriū pertinet, integrā mētis cōsideratione intendamus ut de ineffabilib⁹ vel modicum aliquid fari, Deo revelante, valeamus. Finis libri secundi. K k IN-

Rom. 1. 8

*Aug. ser. 6:
de verbis
domini se-
cundum
Mattheum
c. 8. ad fin.
tom. 10.*